Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26003
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ducerit. omnia ipsum facta sunt. aeri reperiatione prius inciderit cui subiungit.
Et sine ipso factum est nichil. Nichil inquit sine ipso factum est. nulla natura. nulla substantia. nulla omino qualibet mala. Nulla enim mala per naturam. nulla mala nisi per accidentem malitiam. Hac et diabolus priusquam caderet malus est. s. substantia eius prius mala non est. Explosa igitur est fabula manicheorum de malo principio. vt de rota nescio qua gemme tenebrarum. Qua sic ita dictum est omnia ipsum facta s. et sine ipso factum est nichil.
Seruit. Quod factum est in ipso vita erat. Adhuc michilominus molestiam ueritatis impellatores eius querere solent maxime hi qui mundum do coeternum. ut ita dictum est fuisse suspicati s. et dicere. Cur noua do uoluntas in eo. Cur nouum consilium inire. Nam si per infinitas etiamtatis suae moras sese quandoque mundum noua uoluntas et nouum consilium. satis hoc euidens et mutabilitatis ei indicium. Nec si constat ante Mariam extitisse xpm. et omnia ipsius facta s. unde noua uoluntas. ut per tot annorum milia ueniret ad reparationem hominis. Immo si cum faceret mundum et formaret protoplastum saluum esse uoluit genus humanum. cur non pridie et preuidit ne incurreret perditionis naufragium. Hac alterum quidem mutabilitatis. alterum autem imprudentie potius argui. Has quoque partes extentionis adusque ueritatis undique oculata tarditas renascentia succidit ydre capita. subiungendo sicut sapientie maiestatem de cetero inquilie ac breuit. Quod factum est in ipso vita erat. Sensus iste est. Quicquid factum est. antequam fieret in ipsius erat prescientia. que uidelicet prescientia non est aliud quam uita. Illuminatio nanque non est aliud uiuere aliud scire. nec aliud est in deo uiuens sapientia. quam sapiens uita. Alius autem est mamma. Hac uiuit quidem substantialiter. sapit autem accidentaliter. dis tamen uiuit quam sapit substantialiter. Nichil enim accidentium in diuina tate cadere potest. Igitur uita id est uitalis omnium que facturus erat ita in ipso erat a principio scientia. Verum est probabile est. necessarium est. Hac unde hoc habet anima rationalis. ut cum fabrili vt architectonica quippiam componendum est structura. prius totum illud apud se intus uideat in arte. quam foris exhibeat in opere. Si enim arcam et ample domum fabricam struere uelit. ea apud se prius usitat imagine. itaque mens et cogitatio talis est. qualis primodum materialis sinus opus uisendus est. Recte igitur dicas. qua qd faciendum est ita in mente artificis uita est. Unde hoc quesso habet anima rationalis. in qua creauit ds hominem ad imaginem suam. ad imaginem dei creauit illum. Imago dei dei splendorque. ut ait apls et figura substantie ei est hoc ubique. hic filius de do ds. figura uidet psi militudinem dicitus. qua pater cum hoc ubique sic unus est ds. sicut aurum et eburneum imago regis in eo sigillum unum esse dinoscit. Nec vt secundum exteriorem hominem sicut humani formam suspicati s. s. secundum interiorem nostram hac figura signari sumus. unde et rationales. ideo doctrine vt disciplinę percipiles sumus. Si igitur ita pulchra s rationis lumina in ea que